



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1762**

**VD18 90118014**

§. 49. Richardus Cantuariensis ordinatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](#)

alias itineris hujus fructus obvenit, nam Sæcul. XII.  
 negotium pacis, cuius amore a Pontifice A.C. 1174.  
 missus fuerat, infectum reliquit. In  
 reditu S. Petrus morbo tentatus, ac in  
 Monasterio Bellavallensi Diœcesi Vesun-  
 tinensis subsistere compulsus est, ibique  
 in Festo Exaltationis S. Crucis, decima  
 quarta Septembris, eodem anno mil-  
 lesimo centesimo septuagesimo quarto,  
 ad Cœlestia abiit, cui die post obitum  
 tertia Eberhardus Archiepiscopus Ve-  
 suntinensis, pluribus Abbatibus assistenti-  
 bus, justa peregit. S. Petrus ad annum *vid. Pag.*  
*ætatis suæ septuagesimum tertium per-* *ann. 1174.*  
*venerat, & Ecclesiæ Tarentensi annos* *n. 12.*  
*triginta tres præfuerat. Ecclesia ejus* *Sup. Lib.*  
*memoriam octava Maji colit.* *LXVIII.*

*§. 73.*

### §. XLIX.

#### *Richardus Cantuariensis ordinatur.*

Inter hæc Richardus, electus Archi- *Roger. Ho-*  
*episcopus Cantuariensis, & Renaldus, ved. p. 538.*  
*electus Episcopus Bathoniensis, Romam* *Gervas.*  
*pervenerant, petentes, ut ipsorum cetero-*  
*rumque Episcoporum in Anglia electio*  
*confirmaretur. His quidem obſtebant*  
*potentissimi Adversarii, videlicet Le-*  
*gati Regis Franciæ, & Regis junioris*  
*Angliæ, duce quodam Bertario, Au-*  
*relianensi Doctore. Papa vero vehe-*  
*menter querebatur, quod ceteri Epi-*  
*scopi electi, in primis Geofridus Ridel*  
*Ecces* *Epi-*

Sæcul. XII. Episcopus Eliensis, non advenissent  
A.C. 1174. sed tandem, postquam multa hinc &  
 inde fuissent objecta, Electionem Richar-  
 chardi Archiepiscopi in Dominica Quasi-  
 modo, ultima die Martii, anno millesimo  
 centesimo septuagesimo quarto, ratam  
 habuit, & ipsum Dominica sequente  
 ordinavit. Alia die eidem Pallium con-  
 tulit, ac paulopost Primatum & Legati  
 Apostolici in Anglia auctoritatem, qua  
 in Regem patrem rebelles adhibitis cen-  
 suris Ecclesiasticis coerceret.

## §. L.

*Regis Angliæ Pænitentia.*

**Gervas. &** At belli necdum erat finis, quod Scotti  
**Roger.** & Cambri, ferocissimi populi, &  
 veteres Anglorum hostes inaudita sa-  
 vitia gerebant. Quippe Sacerdotes ad  
 aram Sacris operantes trucidabant, &  
 dissecto prægnantium feminarum utero  
 infantes mucronibus fixos in lucem pro-  
 trahebant. Rex parens, a suis prope-  
 modum omnibus proditus (nam exteri  
 in corporis custodiam successerant, quos  
 pingui stipendio sibi conciliabat) pre-  
 mentibus undique angustiis, cum vir-  
 spes superesset, provincias in continen-  
 servari posse, saltem Angliam sibi afferere  
**Gest. post.** statuit, quo mense Julio ineunte navi-  
 gavit. In Angliam autem appulsus nihil  
 antiquius habuit, quam Cantuarium ire  
 veniam